

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIT CONCILIVM TOLETANVM QVARTVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

INCIPIT CONCILIUM TOLETANVM QVARTVM.

Capitulum primum.



ANNO TERTIO REGNANTE DOMINO NO: A

stro gloriosissimo principe Sisenando, die nonas Decembris, Era, d. c. lxxxj, dū studio amoris christi ac diligentia religiosissimi Sisenandi regis Hispanie atq; gallitie sacerdotes apud Toletanā urbem in nomine domini cōuenissemus, vt eius imperiis atq; iussis cōmoti a nobis ageretur de quibusdā ecclesie disciplinis tractatus. Primū gratias saluatori nostro deo omnipotentī egimus, post hec antefato ministro excellentissimo & glorioso regi, cuius tanta erga deum deuotio extat, vt non solū in rebus humanis, sed etiam in causis diuinis sollicit⁹ maneat, hic quippe dū in basilica beatissime & sancte martyris leocadie oim nostrum pariter iam cetus adesset, pro merito fidei sue cū magnificētissimis & nobilissimis viris ingressus, primum coram sacerdotibus dei humi pstratus, cū lachrymis & gemitibus pro se interueniendū domino postulauit. Deinde religiosa prosecutione synodū exhortatus est, vt paternorū decretorum memores ad confirmāda in nobis iura ecclesiastica studiū preberemus, & illa corrigere que dū per negligentiam in vsum venerunt cōtra ecclesiasticos mores licentiā sibi vsurpationēq; fecerunt. Talibus ergo eius monitis cōgaudentes necessariū extitit iuxta eius nostrumq; votū tractare que cōpetunt, siue in sacramētis diuinis, que diuerso atq; illicito modo in hispaniarū ecclesiis celebratur, seu que in moribus prauē vsurpata nōcūtur. Et quoniā generale conciliū agimus oportet primū nostre vocis sermonem de deo esse, vt post p̄fessionem fidei sequentiā operis n̄r̄vota quali sup̄ fundamētū firmissimū disponātur. Quēadmodū a sanctis patribus accepimus patrē & filiū & sp̄m sanctū vnius deitatis atq; substantie confitemur, in p̄sonarum diuersitate trinitatē credentes, in diuinitate vnitatem predicātes, nec personas confundimus, nec substantiam separam⁹, Patrem a nullo factum vel genitum dicimus, filiū a patre non factū sed genitum asserimus, Spiritum sanctū vero nec creatū nec genitū sed p̄cedentem ex patre & filio p̄fitemur, Ipsum autem dominū Iesum christum dei filiū & creatorem omniū ex substantia patris ante secula genitū descendisse vltimo tempore pro redēptione mundi a patre, qui nunquā desinit esse cum patre, Incarnatus est enim ex spiritu sancto, & gloriosa sancta dei genitrice virgine maria, & natus ex ipsa solus idem dominus Iesus christus, vnus in sancta trinitate, anima & carne perfectus, sine peccato suscipiens hominē, manens quod erat, assumens quod nō erat, equalis patri secundū diuinitatem, minor patre secundū humanitatem, habēs in vna persona duarum naturarū proprietatem. Nature enim in illo due, deus & homo. Non autē duo filii, & dii duo, sed idē vna persona in vtraq; natura perferens passionē, & mortē pro nostra salute, non in virtute diuinitatis, sed in infirmitate humanitatis. Descēdit ad inferos, vt sanctos qui ibi tenebantur erueret, & deuicto mortis imperio resurrexit, Assumptus in celis venturus est in futurū ad iudiciū viuorū & mortuorū. Cuius morte & sanguine mundatī remissionē peccatorum cōsecuti sumus, resuscitandī ab eo in die nouissima, in ea qua nunc viuimus carne, & in ea qua resurrexit idem dominus forma percepturi ab ipso, alii pro iustitie meritis vitā eternā, alii pro peccatis supplicii eterni sententiā. Hec est ecclesie catholice fides, hāc cōfessionē seruamus atq; tenemus, quā qui scq; firmissime custodierit, perpetuā salutē habebit.

Capitulum secundum.

Post recte fidei confessionē que in sancta dei ecclesia predicatur, placuit omnes sacerdotes qui catholice fidei vnitatem cōplectimur, vt nichil vltra diuersum aut dissonū in ecclesiasticis sacramētis agamus, ne quelibet nostra diuersitas apud ignotos seu carnales schismaticis errorē videatur ostēdere, & multis extet scandalum varietas ecclesiarū. Vnus ergo ordo orandi atq; psallendi a nobis per omnē Hispaniam atq; galliciā conseruetur, vnus modus in missarum solēnitatibus, vnus in vespertinis officiis, nec diuersa sit vltra in nobis ecclesiastica consuetudo, quia vna fide continemur & regno. Hoc enī & antiqui patres decreuerunt, vt vnaqueq; prouincia & psallēdi & ministrandi parem consuetudinē teneat.

Capitulum tertium.

Nulla pene res discipline mores ab ecclesia christi magis depulit quam sacerdotū negligentia, qui contemptis canonibus ad corrigendos ecclesiasticos mores synodū facere negligunt, ob hoc a nobis

H. iiii.

vniversaliter definitum est, vt quia iuxta patrum antiqua decreta bis in anno difficultas temporis fieri conciliū non sinit, saltē vel semel a nobis celebretur, ita tamē aut si fidei causa est, aut quelibet alia ecclesie cōmunis generalis, totius Hispanie & Gallicie synodus cōuocetur. Si vero nec de fide nec de cōmuni ecclesie vtilitate tractabitur, sed speciale erit cōciliū, prout vnus cuiusq; puincie metropolitanus elegerit pagendum esse. Omnes autem qui causas cōtra episcopos ac iudices ac potentes, aut contra quoslibet alios habere noscuntur ad idē conciliū cōcurrant, & quēcūq; examine synodali a quibullibet praeuēsurpata inueniūtur regii executoris instantia iustissime his quibus iura sunt refoventur, ita vt pro compellendis iudicibus vel secularibus viris ad synodū metropolitani studio quidā executor a principe postuletur.

Modus cōcilium celebrandi

A Quinta decima autē kalendarum iuniarū congreganda est in quacūq; prouincia synodus ppter vernale tempus, quando herbis terra vestitur, & pabula germinum inueniūtur. Hora itaq; diei prima ante solis ortum eiiciantur omnes ab ecclesia, obseratūq; foribus cunctis, ad vnā ianuam p quam sacerdotes ingredi oportet hostiarii sedeāt. Et cōueniētes omnes episcopi pariter introeāt, & secundū ordinationis sue tempora resideant. Post ingressum omnium episcoporū atq; confessum vocentur deinde pbrī quos causa pbauerit introire. Nullus se inter eos ingerat diaconorū. Post hos ingrediātur diacones probabiles, quos ordo poposcerit interesse. Et corona facta de sedibus episcoporum, pbrī a tergo eorū resideant, diaconi in conspectu eorum stent, deinde ingrediātur laici, qui electioni cōciliū interesse meruerunt. Tūc quoq; & notariū quos ad recitandū vel excipiendū ordo requirit, & obserentur ianue. Sedentibusq; in diuturno silentio sacerdotib; & cor tantū habētib; ad deū, dicat archidiaconus, Orate. Statimq; omnes in terram prosternātur, & orantib; diutius tacite cū fletib; atq; gemitibus tunc vnus ex episcopis senioribus surgens orationē palam ad dominū fundat cūctis adhuc in terra iacentibus. Finita autē oratione & responso ab oib; Amen, rursus diaconus dicat, Erigite vos, & cōfestim omnes surgant & cū timore omni & disciplina, tā episcopi quam pbrī sedeant. Sicq; oib; in suis locis in silentio cōsidentibus diaconus alba indutus codicem canonum in medio proterens capitula de conciliis agendis pronunciet. Finitisq; titulis metropolitanus episcopus conciliū alloquatur dicens. Ecce sanctissimi sacerdotes recitate sunt ex canonibus priscorum patrū sententie de concilio celebrando. Si qua ergo quēpiam vestrum actio cōmouet corā suis fratribus proponat. Tūc si aliquis quēcūq; querelā que cōtra canonem agit in audientia sacerdotalē ptulerit, nō prius ad aliud transeat capitulum, nisi primū que proposita est actio terminetur. Nam & si pbrī aliquis, aut diaconus, vel clericus, siue laicus, de his qui foris steterint cōciliū p qualibet re crediderit appellandū, ecclesie metropolitane archidiacono causam suam intimet, & ille cōcilio denunciēt. Et tunc illi & introeundi & proponendi licentia concedatur. Nullus autem episcoporum a cetu cōmuni secedat anteq; hora generalis secessionis adueniat. Conciliū quoq; nullus soluere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita vt quēcūq; deliberationi cōmuni finiuntur, episcoporū singulorum manibus scribantur. Tunc enim deus suorū sacerdotum concilio interesse credendus est, si tumultu omni abiecto sollicitē atq; tranquille ecclesiastica negotia terminentur.

Capitulum quartum.

B Solet in hispaniis de solemnitate paschali varietas existere predicationis, diuersa enim obseruātia laterculorum paschalis festiuitatis interdum errorem parturit. Proinde placuit ante tres menses epiphaniarum metropolitani sacerdotes litteris se inuicem inquirant, vt cōmuni scientia docti diem resurrectionis christi cōmprouincialibus suis insinuent, vt vno tempore celebrandum annuncient.

Capitulum quintum.

C De baptismi sacramento propter quod in hispaniis quidam sacerdotes trinam, simplam quidā mersionem faciunt, a nōnullis schisma eē conspicitur & vnitas fidei scindi videtur. Nam dum partes diuerse in baptizandis aliqua cōtrario modo agunt ab aliis non baptizatos esse contendūt. Proinde quid a nobis in sacramento diuersitate finiendum sit, aplice sedis informemur pceptis nō nostrā sed paternam institutionem sequentes. Beate ergo memorie Gregorius romane ecclesie pontifex qui nō solum partes italie illustrauit, sed & longe existentes ecclesias sua doctrina perdocuit, efflagitante sanctissimo Leandro epō de hac hispanie diuersitate quid potius esset sequendū, inter cetera rescribens sic ait. De trina vero mersione baptismatis nichil responderi verius potest quam ipsi sensistis, quia in vna fide nichil officit sancte ecclesie cōsuetudo diuersa. Nos autem quod tertio mergimus triduane sepulture sacramēta signamus, vt dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduanī temporis exprimatur,

exprimatur, Quod si quis forte etiam p summe trinitatis veneratione existimet fieri, neq; ad hoc ali quid obstitit baptizandū semel in aquas mergere, quia dum in tribus subsistentiis vna substantia est, potest infantem in baptismo in aquam vel ter, vel semel mergere, quando & in tribus mersionibus personarum trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari, Sed quod hucusq; ab hereticis infans in baptismo tertio mergebatur faciendū apud vos esse nō cenleo, ne dum mersiones numerant, diuinitatem diuidant, dūq; quod faciebant faciunt, morem nostrū se fecisse gloriētur, Quapropter quia de vtroq; sacramento quod sit in sancto baptismo a tāto viro reddita est ratio qd vtrūq; irreprehensibile in sancta dei ecclesia habeatur, ppter vitandum autem schismatis scādalum, vel heretici dogmatis vsum simplam teneamus baptismi mersionē, ne videantur apud nos qui tertio mergunt hereticorum approbare assertionem dum sequuntur & morem, Et ne forte cuiquā sit dubiū huius simpli mysterium sacramēti, videat in eo mortem & resurrectionem dū sequuntur & morē christi significare. Nam in aquas mersio quasi ad infernū descensio est, & rursus ab aquis emerſio resurrectionis est. Item videat in eo vnitatem diuinitatis, & trinitatem personarum ostendi, vnitatem dum semel mergimus, trinitatem dū in nomine patris & filii & spiritus sancti baptizamus. Panditur huius singularis baptismi mysterium etiam scripturarū sanctarum exemplis, Paulo apostolo attestante. Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierūt, & omnes in Moysē baptizati sunt in nube & in mari. Mare quippe rubrum significat baptismū christi sanguine consecratū per quod populus dei sub colūna ignis & nubis semel transiit, vbi tamen tota erat trinitas precedente populum columna ignis & nubis, In igne quippe significatur pater, in colūna filius, in nube spiritus sanctus. Iordanis quoq; fluens cum archa populus dei semel transiit, per quod significatur simpla mersio baptismatis, cuius sacramento ecclesia abluatur, & de fidei huius laboribus per baptismū quasi per iordanem ad terram celestis repromissionis ingreditur,

Capitulum sextum.

Comperimus quod per nonnullas ecclesias in die sexte ferie passionis domini clausis basilicarum foribus non celebratur officium, nec passio domini populis predicatur, dū idem saluator noster apostolis suis precepit dicens, passionem & mortem & resurrectionem meam omnibus predicate, Ideoq; oportet eodem die mysterium crucis (quod ipse cūctis annūciādum voluit) predicari, atq; indulgentiam criminū clara voce omnem populū prestolari, vt penitentie compunctione mundati venerabile festum dominice resurrectionis remissis iniquitatibus suscipere mereamur, corporisq; eius & sanguinis sacramentum mundi a peccato sumamus.

Capitulum septimum.

Quidā in die eiusdem passionis dominice ab hora nona ieiunium soluūt, conuiuīis adhibentur, & dum sol ipse eadem die tenebris palluerit, lumen subduxerit, ipsaq; elementa turbata mestitiā totius mundi ostenderint, illi ieiunium tanti diei polluant, epulisq; inseruiūt, Et quia totum eundē diē vniuersalis ecclesia propter passionem domini in merore & abstinentia peragit, quicūq; in eo ieiunium preter paruulos senes & languidos ante peractas indulgētie preces persoluerit, a paschali gaudio depellatur, nec in eo sacramentū corporis & sanguinis domini percipiat, qui diem passionis eius per abstinentiam non honorauit.

Capitulum octauum.

Lucerna & cereus infra vigiliās apud quasdam ecclesias non benedicuntur, & a nobis cur benedicantur inquirunt, Propter gloriolum enim noctis ipsius sacramentum hec solemniter benedicim⁹, vt facere resurrectionis christi mysterium quod tempore huius noctis votue aduenit benedictione sancti ficati luminis suscipiamus, Et quia hec observatio per multarū loca terrarū regionesq; hyſpanie in ecclesiis cōmendatur, dignum est propter vnitatē pacis, vt in gallicanis ecclesiis conseruetur. Nulli autē impune erit qui hoc contempserit sed patrum regulis subiacebit.

Capitulum nonum.

Nonnulli sacerdotum in hyſpaniis reperiuntur, qui dominicam orationem quā saluator docuit & precepit nō quotidie sed tantum die dominica dicunt. Et quia sine intermissione vt oremus apostolus docuit, qualiter autem oremus christus precepit dicēs, cum autem oratis dicite, Pater noster q es in celis, Quomodo ergo quotidie non dicitur quod sine intermissione dici iubetur: Nam in tantum quotidie hec oratio dicenda est, vt etiam ipso titulo vtatur. Nam vocatur oratio quotidiana, sic eā sancti patres nūcupauerūt, quod etiam apud doctores quorum illustris doctrina est inuenitur, San

et us quoque Cyprianus dicit, Itaque in oratione dominica panem nostrum id est christum dari nobis quotidie petimus, ut qui in christo manemus & viuimus, a sanctificatione & corpore eius non recedamus, Sanctus Hylarius dicit, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, quid enim tam vult deus quam ut quotidie christus habitet in nobis, qui est panis vite & panis e celo, & quia quotidiana oratio est, quotidie quoque ut detur oratur. Sanctus Augustinus dicit, De quotidianis autem breuiusque peccatis sine quibus vita hec non ducitur quotidiana oratio fidelium satisfacit, Eorum est enim dicere Pater noster qui es in celis, qui iam patri tales regenerati sunt ex aqua & spiritu sancto. Delet ergo hec quotidiana oratio minima quotidiana peccata, delet illa a quibus vita fidelium etiam scelerate gesta penitendo in melius discedit mutata. Ergo sicut christus precepit, sic apostolus monuit, Et quem admodum doctores ecclesiastici instituerunt, quia quotidie vel cogitatione, vel verbo delinquimus, quotidie & hanc orationem effundere in conspectu dei debemus, Quisquis ergo sacerdotum vel subiacentium clericorum hanc orationem dominicam quotidie aut in publico, aut in priuato officio preterierit, propter superbiam iudicatus ordinis sui honore priuetur.

Capitulum decimum.

A Item cognouimus quosdam hispanie sacerdotes, qui in quadragesime diebus alleluia decantant preter in ultima ebdomada pasche, quod deinceps fieri interdiximus, statuentes ut in omnibus predictis quadragesime diebus (quia tempus non est gaudii sed meroris) alleluia non decantetur. Tunc enim opus est fletibus ac ieiuniis insistere, corpus cilicio & cinere induere, animum meroribus decere, gaudium in tristitiam vertere quousque veniet tempus resurrectionis christi, quando oporteat iam in letitia manere, & merorem in gaudium mutare. Hoc enim ecclesie vniuersalis consensus in cunctis terrarum partibus roborauit, quod & a nobis omnibus ut conseruetur per hispanias galliciasque prouincias oportebit. In temporibus vero reliquis, id est kalend. ianuarii, que propter errorem gentilitis aguntur omnino alleluia non decantabitur, in quibus etiam preter piscem & olus sicut & in illis quadraginta diebus ceteris carnibus abstinetur, & a quibusdam etiam nec vinum bibitur. Si quis ergo episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ex ordine clericorum fuerit repertus, qui arbitrium suum huic constitutioni estimet preferendum ordinis officio carere cogatur & comunione eiusdem pasche priuetur.

Capitulum vndecimum.

B In quibusdam quoque hispaniarum ecclesiis laudes post apostolum decantantur priusquam euangelium predicetur, dum canones precipiant post apostolum non laudes sed euangelium annunciare, presumptio est enim ut anteponantur ea que sequi debent. Nam laudes ideo euangelium sequuntur propter gloriam christi, que per idem euangelium predicatur circa omnes gentes, A sacerdotibus hic ordo deinceps retineatur, excommunicationis penam suscepturis qui hunc ordinem perturbauerint.

Capitulum duodecimum.

C De hymnis etiam canendis & saluatoris & apostolorum habemus exemplum. Nam & ipse dominus hymnum dixisse perhibetur Mattheo attestante, Et hymno dicto exierunt in montem oliueti, & Paulus apostolus ad ephesios scripsit dicens. Implemini spiritu loquentes in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, Et quia a nonnullis hymni humano studio in laudem dei atque apostolorum & martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi quos beatissimi doctores Hylarius atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum canonum vel apostolica traditione non existunt, Respuant ergo & illi hymnum ab hominibus compositum quem quotidie publico priuatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus. Gloria & honor patri & filio, & spiritui sancto, in secula seculorum. Amen. Nam & ille hymnus quem nato in carne christo angeli cecinerunt, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus, bone voluntatis, Reliqua que ibi sequuntur ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesiis canendi sunt, quia in sanctarum scripturarum libris non inveniuntur, Componuntur missae siue preces, vel orationes, siue commendationes seu manus impositiones, ex quibus si nulla decantetur in ecclesia, vacant officia omnia ecclesiastica. Admonet hec fieri atque hortatur Timotheum apostolus dicens. Obsecro ergo primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & pro omnibus qui in sublimitatibus sunt. Sicut ergo orationes ita & hymnos in laudem dei compositos nullus nostrum ulterius improbet, sed pari modo in gallitia hispaniaque celebret, excommunicatione plectendis qui hymnos reicere fuerint ausi.

Capitulum decimum tertium.

Hymnum

Hymnū quoq; trium puerorū in quo vniuersa celī terreq; creatura deum collaudat, & quem ec-
clesia catholica per totum orbem diffusa celebrat, quidā sacerdotes in missa dominicorū dierum, &
in solēnitatibus martyrorū canere negligūt. Proinde sanctum concilium instituit, vt per oēs hyspanie
ecclesias vel gallitie in omnium missarū solēnitatē idē in publico decantetur, cōionem amissuris
qui antiquam huius hymni consuetudinem, nostramq; definitionem excefferint.

Capitulum decimumquartum.

In fine psalmorū nō sicut a quibusdā hucusq; Gloria patri, sed gloria & honor patri dicatur, Da-
uid propheta dicente, Afferte domino gloriā & honorem, & Iohanne euāgelista, Exercit⁹ dicentiū,
honor & gloria deo nostro sedenti, in throno, Ac per hec duo sic oportet in terris dici sicut in celis re-
sonant, Vniuersis ergo ecclesiasticis hanc obseruationem damus, quā quisq; preterierit communionis
iacturam habebit.

Capitulum decimum quintum.

Sūt quidā qui in fine responsiorum gloriā non dicūt, propter quod interdū inconuenienter
resonat, sed hec est discretio, vt in letis sequatur gloria, in tristioribus repetatur principium.

Capitulum decimum sextum.

Apocalipsim librum multorū conciliorū auctoritas & synodica sanctorū presulū Romanorū de
creta Iohannis euangeliste esse prescribūt, & inter diuinos libros recipiendā constituerunt, Et quia
plurimi sunt qui eius auctoritatē non recipiunt, eamq; in ecclesia dei predicare contemnūt, Si quis
eum deinceps aut nō receperit, aut a pascha vsq; ad pentecostem in ecclesia non predicauerit, excom-
municationis sententiā habebit.

Capitulum decimum septimum.

Nonnulli sacerdotes post dictā orationem dominicā statim cōicant, & postea benedictionē in po-
pulo dant, quod deinceps interdiciamus, sed post orationē dominicā benedictio in populū sequatur,
& tunc demū corporis & sanguinis domini sacramentum sumatur, eo videlicet ordine vt sacerdotes
& leuite ante altare cōicent, in choro clerus, extra chorum populus.

Capitulum decimum octauum.

Pernitiosa cōsuetudo nequaquā est recipienda que maiorū statuta preteriens omnem ecclesie ordi-
nem perturbauerit, dū alii p ambitus sacerdotia appetūt, alii oblati muneribus pontificatū assumunt,
nonnulli etiam scelerib⁹ implicati, vel seculari militie dediti, indigni ad honorē summi ac sacri ordinis
peruenerūt, de quorum. s. causa atq; remotione oportuerat quidē statuere, sed ne perturbatio quā plu-
rima ecclesie oriretur preteritis omissis deinceps qui nō promoueātur ad sacerdotium ex regulis ca-
nonum necessario credimus inferendum, id est qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamie nota
aspergi sunt, qui scelera antiqua per publicā pniā admisisse cōfessi sunt, qui in heresim lapsi sunt, qui
in heresi baptizati aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderūt, aut naturaliter defectu
membrorū aut decisione aliquid minus habere noscūtur, qui secunde vxoris cognitionē sortiti sunt,
aut munerosa coniugia frequentauerunt, qui viduam, vel a marito relictam duxerunt, aut corrupta-
rum mariti fuerunt, qui cōcubinas, aut fornicarias habuerūt, qui seruili conditioni obnoxii sunt, qui
ignoti sunt, qui neophiti, vel laici sunt, qui seculari militie dediti sunt, qui curie nexib⁹ obligati sunt,
qui inscii litterarum sunt, qui nondū ad triginta annos peruenerit. Qui per gradus ecclesiasticos nō
accefferūt, qui ambitu honorem querūt, qui munerib⁹ honorem obtinere molīūtur, qui a decessorib⁹
in sacerdotiū eliguntur, Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus nec popul⁹ proprie ciuita-
tis elegit, vel auctoritas metropolitani, vel cōprouincialīū sacerdotū assensio exquisiuit, Quicūq; er-
go deinceps ad ordinem sacerdotiū postulat⁹, & in his que predicta sunt exquisitus in nullo horū de-
prehensus fuerit, & examinat⁹ probabili vita atq; doctrina extiterit, tūc secundum synodica, vel de-
cretalia constituta cū omnium clericorum vel ciuiū voluntate ab vniuersis cōprouincialibus episco-
pis, aut certe a trib⁹ in sacerdotem die dominica consecrabitur, conuenientib⁹ ceteris q̄ absentes sunt
litteris suis, & magis auctoritate vel presentia ei⁹ qui est in metropoli cōstitutus. Episcop⁹ autem cō-
prouincialis ibi consecrand⁹ est, vbi metropolitanus elegerit, Metropolitanus aut non nisi in ciuitate
metropoli & cōprouincialibus ibidem conuenientib⁹, Si quis autem deinceps contra predicta ve-
tita canonū ad gradum sacerdotū indignus aspirare contenderit cum ordinatorib⁹ suis adepti hono-
ris periculo subiacebit.

Capitulum decimum nonum.

In veteri lege ab anno vigesimo quinto Leuite in tabernaculo seruire mandantur, cuius auctorita-
tem in canonibus & sancti patres secuti sunt, Nos & diuine legis & conciliorū pcepti immemores in-

A

B

C

D De Auctoritate Libri
apocalypsis

E

F

G

fantes & pueros leuitas facimus ante legitimam etatem, ante experientiam vite, Ideoque ne ulterius fiat a nobis, & diuine legis & canonum admonemur sententiis, sed viginti quinque annorum etate leuite consecrentur, & triginta presbiteri ordinentur, ita ut secundum preceptum probentur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes.

Capitulum vigesimum.

- A ¶ Quicumque in sacerdotio dei positi sunt irreprehensibiles esse debent, Paulo attestante. Oportet episcopum irreprehensibile esse. Inoffensos ergo & immaculatos decet existere sacerdotes, nec ullius eos fornicationis contagio pollui, sed caste viuentes, mundos semetipsos celebrandis exhibeant sacramentis, Abstineamus ergo nos ab omni opere malo & ab omni inquinamento carnis liberi maneamus, ut mundi corpore, purgati mente possimus ad sacrificium christi digni accedere, & deum pro delictis omnium deprecari.

Capitulum vigesimum primum.

- B ¶ Quamuis conscientiam puram apud deum nos habere oporteat, tamen & apud homines famam optimam custodire conuenit, ut iuxta preceptum apostolicum non tantum coram deo, sed etiam coram hominibus vite sancte testimonium habeamus. Quidam enim hucusque sacerdotum non modicum scandalum creauerunt, dum in conuersatione vite non bone fame existunt. Ut ergo excludatur deinceps omnis nefanda suspitionis occasio, & ne detur ultra secularibus locus obrectandi, oportet episcopos testimonium probabiliu personarum conuersationis & vite in conclauis suo habere, ut deo placeant per conuersationem bonam, & ecclesie per omnium famam.

Capitulum vigesimum secundum.

- C ¶ Non aliter placuit, ut quemadmodum antistites ita presbiteri atque leuite quos forte infirmitas atque etatis grauitas in conclauis suo manere non sinat, ut iidem in cellulis suis testes vite habeant, vitamque suam sicut nomine ita meritis teneant.

Capitulum vigesimum tertium.

- D ¶ Prona est omnis etas ab adolescentia in malum, nichil enim incertius quam vita adolescentium, ob hoc constituendum oportuit, ut si qui in clero pueri aut adolescentes existunt, omnes in uno conclauis atrio commorentur, ut lubricae etatis annos non in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputato probatissimo seniore, quem & magistrum discipline & testem vite habeant, Quod si aliqui ex his pupilli existunt, sacerdotali tutela foueantur, ut & vita eorum a criminibus intacta sit, & res ab iniuria reproborum, Qui autem his preceptis resultauerit monasteriis deputentur, ut vagantes animi & superbi seueriori regula distringantur.

Capitulum vigesimum quartum.

- E ¶ Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus dei vitanda est, quod docendi officium in populis susceperunt, sacerdotes enim legere sanctas scripturas frequenter admonet Paulus apostolus dicens ad Thimotheum, Intende lectioni & exhortationi, Doctores semper manere in his se sciant, Igitur sacerdotes scripturas sanctas & canones meditentur, ut omne opus eorum in predicatione diuina & doctrina consistat, atque edificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina.

Capitulum vigesimum quintum.

- F ¶ Quando presbiteri in parochiis ordinantur libellum officiale a suo sacerdote accipiant, ut ad ecclesias siue deputatas instructi succedant, ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramentis offendant, ut quando vel ad letanias, vel ad concilium venerint, rationem episcopo reddant, qualiter susceptum officium celebrent, vel baptizent.

Capitulum vigesimum sextum.

- G ¶ Quando presbiteri aut diaconi per parochias constituuntur, oportet eos primum professionem episcopo suo facere ut caste & pie viuam sub dei timore, ut dum eos tali professione obligauerit, sanctam disciplinam retineant.

Capitulum vigesimum septimum.

- H ¶ Episcopus presbiter aut diaconus si a gradu suo iniuste deiectus in sancta synodo innocens reperiatur non potest esse quod fuerat nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu episcoporum, si episcopus est orarium anulum & baculum, si presbiter orarium & patenam, si diaconus orarium & albam, si subdiaconus patenam & calicem, sic & reliqui gradus cum reparationem sui recipiant quam cum ordinarentur perceperant.

Capitulum vigesimum octauum.

- I ¶ Si episcopus aut presbiter, siue diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum magos aut aruspices, aut arriolos, aut certe augures, vel sortilegos, vel eos qui profitentur artem aliquam, aut aliquem eorum similia exercentem consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis sue depositus monasterii curam excipiat, ibique perpetue penitentiae deditus scelus admissum sacrilegii soluat.

Capitulum vigesimum nonum.

- K ¶ Confinitimi hostium sacerdotes preter eos qui a regie potestatis sublimi auctoritate licentiam acceperunt

acceperunt, a quolibet mandatum agentes extraneum occulte accipere vel dirigere non presumant, qui autem deprehenditur, aut conuincitur denunciatus principi apud concilium condigna animaduersione mulctabitur.

Capitulum trigessimum.

Sepe principes contra quoslibet maiestatis obnoxios sacerdotibus negotia sua committunt, & quia sacerdotes a Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiunt regibus fieri iudices, ubi iureiurando supplicii indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia preparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud ecclesiam perdat proprium gradum.

Capitulum trigessimum primum.

Episcopi in protegendis populis, ac defendendis impositam a deo sibi curam non ambigant, ideoque dum conspiciunt iudices, ac potentes pauperum oppressores existere, & prius eos sacerdotali admonitione redarguant, & si contempserint emendari, eorum insolentiam regis auribus intiment, ut quos sacerdotalis admonitio non flectit ad iustitiam regalis potestas ab improbitate coerceat. Si quis autem episcoporum id neglexerit concilio erit reus.

Capitulum trigessimum secundum.

Auaritia radix est cunctorum malorum, cuius sitis etiam sacerdotum mentes obtinet, Multi fidelium in amore Christi & martyrum in parochiis episcoporum basilicas construunt, oblationes sanctas tribuunt, sacerdotes hec auferunt, atque in usus suos conuertunt, inde est quod cultores sacrorum deficiunt, dum stipendia sua perdunt, inde labentium basilicarum ruine non reparantur, quia auaritia sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re constitutum est a presenti concilio episcopos ita dioeceses suas regere, ut nichil ex earum iure presumant auferre, sed iuxta priorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus quam de tributis, ac frugibus tertiam consequantur, quod si amplius quippiam ab eis presumptum extiterit, per concilium restauretur, appellantibus aut ipsis conditoribus, aut certe propinquis eorum, si iam illi a seculo decesserunt, Noverint ergo conditores basilicarum in rebus quas eisdem ecclesiis conferunt nullam potestatem habere, sed iuxta canonum instituta sicut ecclesia, ita & doseius ad ordinationem episcopi pertineat.

Capitulum trigessimum tertium.

Quicumque episcopus alterius episcopi dioecesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit, quia secundum ius legis eius videtur esse dioecelis, admittenda non est contra eum actio reposcendi, sed hoc intra unam parochiam, extra vero nullo modo, ne dum dioecesis defenditur prouintiarum termini confundantur.

Capitulum trigessimum quartum.

Sicut dioecesim alienam tricenalis possessio tollit, ita territorii conuentum non amittit, ideoque basilice que noue condite fuerint, ad eum proculdubio episcopum pertinebunt, cuius conuentus esse constiterit.

Capitulum trigessimum quintum.

Episcopum per cunctas dioeceses parochiasque suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat quid unaqueque basilica in reparationem sui indiget, quod si ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiverit, presbyteros probabiles aut diacones mittat, qui & redditus basilicarum & reparationes, & ministrantium vitam inquirent.

Capitulum trigessimum sextum.

Quicumque episcopi suffragio cuiuslibet aliquid ecclesiastice utilitatis prouiderint, & pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exoluere oportebit, ita ut id ad concilium prouintiale deferatur, ut eorum conuiuentia confirmetur, quia sicut Paulus ait, dignus est operarius mercede sua.

Capitulum trigessimum septimum.

Prebendum est a sacerdotibus vite solatium indigentibus, & maxime his quibus restituenda vicissitudo est, Quicumque ergo fidelium de facultatibus suis ecclesie aliquid deuotione propria contulerint, si forte ipsi aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem ecclesia suffragium vite pro temporis usu percipiant, Si enim clericis seu monachis vel peregrinis aut quamlibet necessitatem sustinentibus pro solo religionis intuitu in usum res ecclesiastice largiuntur, quantomagis consulendum est quibus retributio iusta debetur.

Capitulum trigessimum octauum.

CONCILIVM TOLETANVM QVARTVM.

- A ¶ Nonnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, vt sese presbyteris antepo-
nant, atque in pri-
mo choro ipsi priores stare presumant, presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo vt sublimiores
sibi presbyteros agnoscant, tam hi quam illi in vtroq; choro consistant.
Capitulum trigessimumnonum.
- B ¶ Si oraria duonec episcopo induere quidem licet nec presbytero, vt iq; multominus diacono qui mi-
nister eorum est, vnum ergo orarium oportet leuitam gestare in sinistro humero, propter quod erat,
id est predicat, Dextera autem oportet habere liberam, vt expeditius ad ministerium sacerdotale di-
scurrat. Caueant ergo amodo leuite gemino vt orario, sed vnum tantum & puru, nec vllis coloribus
aut a tyro ornatum ferant.
Capitulum quadagesimum.
- C ¶ Omnes clerici vel lectores sicut leuite & sacerdotes de tonsa superius capite toto inferius solam cir-
culi coronam relinquat, non sicut huc vsq; in gallie partibus facere lectores videntur, qui prolixis vt
laici comis in solo capitis apice modicum circulum tondent, ritus enim iste in Hispaniis huc vsq; he-
reticorum fuit, vnde oportet vt pro amputando ab ecclesiis scandalo hoc signum dedecoris auferatur,
& sit vna tonsura vel habitus sicut totius Hispanie est vsus, Qui aut hoc no custodierit fidei catholice
reus erit.
Capitulum quadagesimumprimum.
- D ¶ Cum clericis extranee femine nullatenus habitent, nisi tantum mater, & soror, filia, amita, in quibus
personis nichil sceleris estimari nature sedus permittit, id eni & constitutio antiquorum patrum decre-
uit.
Capitulum quadagesimumsecundum.
- E ¶ Quidam clerici legitime non habentes coniugium, extraneorum mulierum vel ancillarum suaru
interdicta sibi consortia appetunt, ideo que coniuncte taliter cum clericis sunt ab episcopo auferantur,
& venundentur, illis pro tempore religatis ad penitentiam quos sua libidine infecerunt.
Capitulum quadagesimumtertium.
- F ¶ Clerici qui sine consultu episcopi sui vxores duxerint, aut viduam, vel repudiatam, vel meretricem
in coniugium acceperint separari eos a proprio episcopo oportebit.
Capitulum quadagesimumquartum.
- G ¶ Clerici q in quacunq; seditione arma volentes sumpserint, aut sumpserunt, reperti amisso ordinis sui
gradu in monasterium contradantur penitentie.
Capitulum quadagesimumquintum.
- H ¶ Si quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legis
publicis sanguine vindicatur, oportet canonibus in tali scelere proditum a clericatus ordine submo-
ueri, & penitentie triennio deputari.
Capitulum quadagesimumsextum.
- I ¶ Precipiente domino nostro atq; excellentissimo sisenando rege id constituit sanctum concilium,
vt omnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica indictione atq; labore habeantur im-
munes, vt liberi deo seruiant, nullaq; predicti necessitate ab ecclesiasticis officiis retrahantur.
Capitulum quadagesimumseptimum.
- K ¶ Eos quos economos greci vocant hoc est qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant, sicut san-
cta Synodus calcedonenis instituit, omnes episcopos de proprio clero ad regendas ecclesias habere
oportet, qui autem deinceps contempserit obnoxius eiusdem magni concilii erit.
Capitulum quadagesimumoctauum.
- L ¶ Monachu aut paterna deuotio, aut ppria pfectio facit, qcqd horu fuerit alligatu tenebit, p inde huius
ad mudu reuerti interdudim? aditu, & oes ad seculu interdicimus regressus.
Capitulum quadagesimumnonum.
- M ¶ Clerici q monachoru ppositu appetunt, quia meliore vita sequi cupiunt liberos eis ab epo in mona-
steriis largiri oportet ingressus, nec interdicti ppositu eoru q ad cotemplationis desiderium transire ni-
tuntur.
Capitulum quinquagesimum.
- N ¶ Nunciatum est presenti concilio eo quod monachi episcopali imperio seruii opere mancipentur,
& iura monasteriorum contra instituta canonum illicita presumptione vsurpentur, ita vt pene ex ceno-
bio possessio fiat, atque illustris portio Christi ad ianitionem seruitutemque perueniat. Quapropter
monemus eos qui ecclesiis presunt, vt ultra talia non presumant, sed hoc tantum sibi in monaste-
rio vendicent sacerdotes quod precipiunt canones, id est monachos ad conuersationem sanctam pre-
monere abbates, aliaque officia construere, atque extra regulam facta corrigere, quod si aliquid
in monachis

in monachis canonibus interdictum presumpserint, aut usurpare quippiam de monasterii rebus tē-
tauerint, non deerit ab illis sententia excommunicationis, qui se deinceps nequaquam sustulerit ab
illicitis.

Capitulum quinquagesimum primum.

Nonnulli monachorum egredientes a monasterio non solum ad seculum reuertuntur, sed etiam
& uxores accipiunt, igitur reuocati in eodem monasterio a quo exierant, penitentie deputentur, ibique
defleant crimina sua unde discesserunt.

Capitulum quinquagesimum secundum.

Religiosi proprie regionis qui nec inter clericos nec inter monachos habentur, siue hi qui per di-
uersa loca vagi feruntur, ab episcopis in quorum conuentu commorari noscuntur, licentia eorum co-
erceatur, ut aut in clero aut in monasterio deputentur prepter eos qui ab episcopo suo aut propter lan-
guerum fuerint absoluti.

Capitulum quinquagesimum tertium.

Si qui in discrimine constituti penitentiam accipiunt nulla manifesta scelera confitentes, sed tantum
se peccatores esse predicantes, huiusmodi si reualuerint possunt etiam per morum probitatem ad gra-
dus ecclesiasticos peruenire, Qui vero ita penitentiam accipiunt, ut aliquod mortale peccatum perpe-
trasse publice fateantur ad clerum vel honores ecclesiasticos peruenire nullatenus poterunt, quia se con-
fessione propria notauerunt.

Capitulum quinquagesimum quartum.

Quicumque ex secularibus accipientes penitentiam totonderunt se, & rursus preuaricantes laici esse
cti sunt, comprehensi ab episcopo suo ad penitentiam ex qua recesserunt reuocentur, Quod si aliqui
per penitentiam irreuocabiles sunt nec admoniti reuertuntur ut vere apostate coram ecclesia anathema-
tis sententia condemnentur, Non aliter & hi qui a parentibus detonsi fuerunt aut sponte amissis pa-
rentibus seipsos religioni deuouerunt, & postea habitum secularem sumpserunt & iidem a sacerdote
comprehensi ad cultum religionis acta prius penitentia reuocentur, Quod si conuerti non possunt ve-
lut apostate anathematis sententie subiiciantur, que forma seruabitur etiam in, viduis virginibus sa-
cris, ac penitentibus feminis que sanctimoniam habitum induerunt, & postea aut vestem muta-
uerunt, aut ad nuptias transierunt.

Capitulum quinquagesimum quintum.

Duo sunt genera viduarum, seculares & sanctimoniales, seculares vidue sunt que adhuc disponen-
tes nubere laicalem habitum non deposuerunt, sanctimoniales sunt que iam mutato habitu seculari
sub religioso cultu in conspectu sacerdotis & ecclesie apparuerunt, he si ad nuptias transierint iuxta apo-
stolum non sine damnatione erunt, quia se primum deo vouentes postea castitatis propositum abie-
cerunt.

Capitulum quinquagesimum sextum.

De iudeis autem precepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim
vult deus miseretur, & quem vult indurat, non enim tales inuiti saluandi sunt sed volentes, ut integra
sit forma iustitie, Sicut enim homo propria arbitrii voluntate serpenti obediens perit, sic vocante se gra-
dei proprie mentis conuersione homo quisque credendo saluatur, Ergo non vis, sed libera arbitrii volun-
tate ut conuertantur suadendi sunt non potius impellendi, Qui autem iam pridem ad Christianitatem
coacti sunt sicut factum est temporibus religiosissimi principis sisebuti quia iam constat eos sacramen-
tis diuinis associatos & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate unctos esse, & corporis domini & san-
guinis extitisse participes, oportet ut fidem etiam quamvis vel necessitate suscepunt, tenere cogantur,
ne nomen domini blasphemetur, & fides quam susceperunt vilis ac contemptibilis habeatur.

Capitulum quinquagesimum septimum.

Tanta est quorundam cupiditas, ut quidam eam appetentes iuxta quod ait apostolis etiam a fide
errauerunt. Multi quippe huc usque ex sacerdotibus atque laicis accipientes a iudeis munera, perfidiam eo-
rum suo patrocinio fouent, qui non immerito ex corpore antichristi esse noscuntur, quia contra christum
faciunt. Quicumque ergo deinceps episcopus siue clericus siue secularis illis contra fidem christianam suf-
fragium, vel munere vel fauore presterit, ut prophanus & sacrilegus anathema effectus ab ecclesia ca-
tholica habeatur extraneus, quia dignus est ut a corpore christi separetur qui inimicis christi patronus
efficitur.

Capitulum quinquagesimum octauum.

Plerique qui ex iudeis dudum ad christianam fidem promoti sunt nunc blasphemantes in christo non
solum iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam abominandas circuncisiones exercere presum-
pserunt, de quibus consultu piissimi ac religiosissimi domini nostri sisenandi regis hoc sanctum decre-
uit concilium, ut huiusmodi transgressores pontificali auctoritate correcti ad cultum christiani dogma-
tis reuocentur, ut quos voluntas propria non emendat animaduersione sacerdotalis coerceat, Eos autem

I. ii.

A

B

C

D

E

F Iudei non cogantur ad
fidem

Iudei et coacti in fide perueniunt

G

H

quos circumcidunt, si filii eorum sunt a parentum consortio separantur, si serui pro iniuria corporis sui libertati tradantur.

Capitulum quinquagesimumnonum.

- A ¶ Iudeorum filios vel filias ne parentum ultra inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus deputatos, aut monasteriis aut christianis viris, aut mulieribus deum timentibus, ut sub eorum conuersatione cultum fidei discant, atque in melius instituti tam in moribus quam in fide proficiant.

Capitulum sexagesimum.

- B ¶ Iudei baptizati, si postea preuaricantes in christum qualibet pena damnati extiterint a rebus eorum fideles filios excludi non oportebit, quia scriptum est, filius non portabit patris iniquitatem.

Capitulum sexagesimumprimum.

- C ¶ Sepe malorum consortia etiam bonos corrumpunt, quantomagis eos qui ad vitia proni sunt, Nul la ergo communio ultra sit hebreis ad fidem christianam translatis cum his qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne forte eorum participio subuertantur. Quicumque ergo amodo ex his qui baptizati sunt infidelium consortia non vitauerint, & hi christianis donentur, & illi publicis cedibus deputentur.

Capitulum sexagesimumsecundum.

- D ¶ Iudei qui christianas mulieres in coniugio habent admoneantur ab episcopo ciuitatis ipsius, ut si cum eis permanere cupiunt christiani efficiantur, quod si admoniti noluerint separentur, quia non potest infidelis in eius permanere coniunctione que iam in christianam translata est fide, filii autem qui ex talibus nati existunt fidem atque conditionem matris sequantur, similiter & hi qui precreati sunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris christianam religionem sequantur non iudaicam superstitionem.

Capitulum sexagesimumtertium.

- E ¶ Non potest erga homines esse fidelis qui deo extiterit infidelis, Iudei ergo qui dudum christiani effecti sunt, & nunc christi fidem preuaricati sunt ad testimonium dicendum admitti non debent, quauis esse se christianos annuntient, quia sicut in fide christi suspecti sunt, ita in testimonio humano dubii habentur, Infirmari ergo oportet eorum testimonium qui in fide falli docentur, nec eis esse credendum qui veritatis a se fidem abiecerunt.

Capitulum sexagesimumquartum.

- F ¶ Precipiente domino atque excellentissimo, si senando rege constituit id sanctum concilium, ut Iudei aut hi qui ex Iudeis sunt officia publica nullatenus appetant, quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt, ideoque iudices prouintiarum cum sacerdotibus eorum subreptiones fraudulenter relictas suspendant, & officia publica eos agere non permittant. Si quis autem hec permiserit velut in sacrilegum excommunicatio proferatur, & is qui subreperit publicis cedibus deputetur.

Capitulum sexagesimumquintum.

- G ¶ Ex decreto gloriosissimi principis hoc sanctum elegit concilium, ut iudeis non liceat Christianos seruos, nec Christiana mancipia emere, nec cuiusquam consequi largitatem, Nefas enim est ut membra Christi seruiant antichristi ministris, quod si deinceps seruos christianos vel ancillas Iudei habere presumerint, sublatis ab eorum dominatu libertatem a principe consequantur.

Capitulum sexagesimumsextum.

- H ¶ Et si illi quod nulla ex rebus suis pauperibus christi distribuunt eterni iudicis voce in futuro condemnabuntur, quanto magis hi qui auferunt pauperibus que non dederunt. Quapropter episcopi qui nichil ex proprio suo ecclesie christi committunt hanc diuinam sententiam metuant, & liber os ex familiis ecclesie ad condemnationem suam facere non presumant, Impium est enim ut qui res suas ecclesie non contulerit danum inferat, & ius ecclesie alienare contendant. Tales ergo liberos successor episcopus absque aliqua oppositione ad ius ecclesie reuocabit, quia eos non equitas sed improbitas absoluit.

Capitulum sexagesimumseptimum.

- I ¶ Episcopus qui mancipium iuris ecclesie non retento ecclesiastico patrocinio manumitti desiderat, duos meriti eiusdem & peculii coram concilio ecclesie cui preminet per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat, ut rata & iusta inueniatur diffinitio commutantis, Tunc enim liberam manumissionem, sine patrocinio ecclesie concedere poterit, quia eum quem libertati tradere disposuit, iam iuri proprio acquisiuit, Huiusmodi autem liberto aduersus ecclesiam cuius iuris extitit accusandi vel testificandi denegetur licentia, Quod si presumpserit, placet ut stante commutatione in seruitutem propriam reuocetur cui nocere conatur.

Capitulum sexagesimumoctauum.

- K ¶ Consensus totius concilii definiuit, ut sacerdotes qui aut res suas ecclesie relinquunt, aut nichil habentes aliquid tamen predia, aut familias ecclesiis suis committunt, licebit illis aliquos de famulis eiusdem ecclesie manumittere iuxta rei collate modum quem antiqui canones decreuerunt, ita ut cum peculio & posteritate sua ingenui

ingenui sub patrocinio ecclesie maneat utilitates iniunctas sibi iuxta quod potuerint prosequentes.

Capitulum sexagesimumonum.

Liberti ecclesie (quia nunquam moritur eorum patrona) a patrocinio eiusdem nunquam discedant, nec posteritas quidem eorum sicut priores canones decreuerunt, Ac ne libertas eorum in futura prole non pateat, ipsaq; posteritas naturali ingenuitate obnitens sese ab ecclesie patrocinio subtrahat necesse est, ut tam hi liberti q; ab eis progeniti professionem episcopo suo faciant, per quam ex familia ecclesie liberos effectos se esse fateantur, eiusq; patrocinium non relinquunt, sed iuxta virtutem suam obsequium vel obedientiam prebeant.

Capitulum septuagesimum.

Liberti ecclesie qui a patrocinio eius discedentes quibuscumq; personis adheferunt, si admoniti redire contempserint, manumissio eorum irrita sit, quia per obedientie contemptum ingrati actione tenentur.

Capitulum septuagesimumprimum.

Liberti ecclesie qui a quibuscumq; manumissi sunt, & ecclesie patrocinio commendati existunt sicut regule antiquorum patrum constituerunt, sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegentur siue in statu libertatis, siue in peculio quod habere noscuntur.

Capitulum septuagesimumsecundum.

Quicumq; libertatem a dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus retinet, isti si sine crimine sunt ad clericatus ordinem suscipiantur, quia directa manumissione absoluti noscuntur, qui vero retento obsequio manumissi sunt pro eo quod adhuc patroni seruitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promouendi, ne quando voluerint eorum domini fiant ex clericis serui.

Capitulum septuagesimumtertium.

De familiis ecclesie constituere presbyteros, & diacones per parochias liceat, quos tamen vite rectitudo, & probitas morum commendat, ea tamen ratione ut antea manumissi libertatem status sui percipiant, & denuo ad ecclesiasticos honores succedant, Est enim irreligiosum obligatos existere seruituti q; sacri ordinis suscipiunt dignitate, quicquid aut talibus aut per libertatem concessum, aut successione extiterit datum, aut quolibet commodo collatum non licebit eis quippiam inde in extraneas personas transmittere, sed omnia ad eius ecclesiam qua manumissi sunt post eorum obitum pertinere, His quoq; sicut & ceteris ecclesie libertis accusandi vel testificandi aduersus ecclesiam aditus intercluditur, ad quod si aspirauerint non solum libertatis beneficio careant, sed etiam honoris gradu, quem non dignitate nature, sed tpe necessitatis promeruerunt.

Capitulum septuagesimumquartum.

Post instituta quedam ecclesiastici ordinis vel decreta que ad quorundam pertinent disciplinam, postrema nobis cunctis sacerdotibus sententia est pro robore nostrorum regum & stabilitate gentis gothorum pontificale ultimum sub deo iudice ferre decretum, Multarum quippe gentium (ut fama est) tanta extat perfidia animorum, ut fidem sacramento promissam regibus suis obseruare contempnant, & ore simulent iuramenti professionem dum retineant mente perfidie impietatem, iurant enim regibus suis, & fidem quam pollicentur preuaricantur, nec metuunt volumen illud iudicii dei per quod inducitur maledictio, multaue penarum comminatio super eos qui iurant in nomine dei mendaciter, Que ergo spes talibus populis contra hostes laborantibus erit? Que fides ultra cum aliis gentibus in pace credenda post fedus non violandum? Que in hostibus iura stabili permanebunt sponcione, quando nec ipsis propriis regibus iuratam fidem conseruant, quis enim adeo futiosus est qui caput suum manu sua propria defecet? Illi ut notum est inuicem saluti sue propria manu seipsos interimunt in semetipsos suosq; reges proprias conuertendo vires. Et cum dominus dicat, nolite tangere christos meos, & Dauid, quis inquit extendit manum suam in christum domini, & innocenserit illis nec vitare metus est periurium, nec regibus inferre exitium, Hostibus quippe fides pacti datur, nec violatur, Quod si in bello fides vigeat, quanto magis in ceteris seruanda est, sacrilegium quippe est, si violetur a gentibus regum suorum promissa fides, quia non solum in eos sit pacti transgressio, sed & in deum in cuius nomine pollicetur ipsa promissio, Inde est quod multa regna terrarum celestis iracundia, ita permutauit ut propietate fidei & morum, alterum ab altero solueretur, Vnde & nos cauere oportet causam huiusmodi gentium, ne similiter plaga feriamur precipiti, & pena puniamur crudeli, Si enim deus angelis in se preuaricantibus non pepercit qui per inobedientiam celeste habitaculum perdidit, unde & per Esaiam dicit, inebriatus est gladius meus in celo, quanto magis nos nostre salutis interitum timere debemus, ne perfiditate eodem seuiete peccemus? Quod si diuinam iracundiam vitare volumus, & seueritatem eius ad clementiam puocare cupimus, seruemus erga deum religionis cultum atq; timorem, custodiamus erga principes nostros pollicitam fidem atq; sponcionem, Non sit in nobis ut in.

I.iii.

quibuldam gentibus infidelitatis subtilitas impia, non subdole mentis perfidia, non periurii nefas, & coniurationum nefanda molimina, Nullus apud nos presumptione regnum accipiat, nullus excitet mutuas seditiones ciuium, nemo meditetur interitus regum, sed defuncto in pace principe primates gentis cum sacerdotibus successorem regni concilio communi constituent, ut dum unitatis concordia a nobis retinetur, nullum patrie gentisque dissidium per vim ambitionis moueatur, Quod si hec admonitio mentes nostras non corrigit, & ad salutem communem cor nostrum nequaquam perducit audi sententiam nostram. Quicumque ergo ex nobis, vel totius Hispanie populis qualibet coniuratione, vel studio sacramentum fidei sue, quod pro patrie gentisque gothorum statu, vel conseruatione regie salutis pollicitus est temerauerit, aut regem Nece attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut presumptione tyrannica regni fastigium usurpauerit, anathema sit in conspectu dei patris, & angelorum, atque ab ecclesia catholica quam periurio profanauerit efficiatur extraneus, & ab omni cetero Christianorum alienus cum omnibus impietatis sue sociis, quia oportet ut una pena teneat obnoxios quos similis error inuenerit implicatos, Quod iterum secundo replicamus dicentes. Quicumque amodo ex nobis, vel cunctis Hispanie populis quolibet tractatu vel studio sacramentum fidei sue quod pro patrie gentisque gothorum statu, vel conseruatione regie salutis pollicitus est violauerit, aut regem Nece attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut presumptione tyrannica regni fastigium usurpauerit, Anathema in conspectu Christi & apostolorum eius sit, atque ab ecclesia catholica quam periurio profanauerit efficiatur extraneus, & ab omni consortio Christianorum alienus & damnatus in futuro iudicio dei habeatur cum participibus suis, quia dignum est, ut qui talibus sociantur, ipsi etiam damnationis eorum participatione obnoxii teneantur, Hoc etiam tertio acclamamus dicentes. Quicumque amodo ex nobis vel cunctis Hispanie populis qualibet meditatione vel studio sacramentum fidei sue, quod pro patrie salutis gentisque gothorum statu vel incolumitate regie potestatis pollicitus est violauerit, aut regem nece attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut presumptione tyrannica regni fastigium usurpauerit, anathema sit in conspectu spiritus sancti, & martyrum christi, atque ab ecclesia catholica quam periurio profanauerit extraneus efficiatur, & ab omni communione christianorum alienus, nec partem habeat iustorum, sed cum diabolo & angelis eius eternis suppliciis condemnatur una cum eis qui eadem coniuratione nituntur, ut par pena perditionis constringat quos in perniciem praua societas copulat, Et ideo si placet omnibus qui adestis hoc tertio reiterata sententia vestre vocis consensu firmate, Ab vniuerso clero vel populo dictum est, Qui contra hanc nostram definitionem presumpserint, anathema maranatha, hoc est perditio in aduentu domini sint, & cum Iuda scarioth partem habeant ipsi & socii eorum amen. Quapropter nos ipsi & sacerdotes omnes sanctam ecclesiam christi ac populum admonemus, ut hec tremenda, & totiens reiterata sententia nullum ex nobis presenti atque eterno condemnet iudicio, sed fidem promissam erga gloriosissimum dominum nostrum Sisenandum regem custodientes ac sincera illi deuotione famulantes non solum diuine pietatis in nobis clementiam prouocemus, sed etiam gratiam aeterni principis percipere mereamur, Te quoque presentem regem ac futuros etiam sequentium principes humilitate debita deposcimus, ut moderati & mites erga subiectos existentes, cum iustitia & pietate populos a deo vobis creditos regatis, bonamque vicissitudinem qui vos nobis constituit largitori christo rependatis, regnantes in humilitate cordis cum studio bone actionis, Nec quisquam vestrum solus in causa captiuum, aut reum sententia feriat, sed consensu publico cum rectoribus ex iudicio manifesto delinquentium culpa pateat seruata a vobis in offensis mansuetudine, ut non seueritate magis in illis quam indulgentia polleatis, ut dum omnia hec auctore deo pio a vobis moderamine conseruentur, & reges in populis, & populi in regibus, & deus in vtrisque letetur, Sane de futuris regibus hanc sententiam promulgamus, ut si quis ex eis contra reuerentiam legum superba dominatione & fastigio in flagitiis, & facinore, siue cupiditate crudelissima potestatem in populis exercuerit, anathematis sententia a Christo domino condemnetur, & habeat a deo separationem atque iudicium propter quod presumpserit praua agere & in perniciem regnum deducere, De simithilane vero qui propria scelera metuens seipsum regno priuauit, & potestatis fascibus exiit id cum gentis consensu decreuimus, ut neque eum vel uxorem eius propter mala que commiserunt neque filios eorum unitati nostre vnquam consociemus, nec eos ad honores a quibus ob iniquitatem deiectioni sunt aliquando promoueamus, Quicumque etiam sicut in fastigio regni habetur extranei, ita possessione rerum quas de miserorum sumptibus auxerant maneant alieni, preter id quod pietate piissimi principis nostri fuerunt consecuti, Non aliter & geillane memorati simithilane & sanguine & scelere fratrem quem nec in germanitatis fide stabilis extitit nec fidem

tit, nec fide glorioso domino nostro pollicitam conseruauit, hunc ergo cum coniuge sua sicut & ante factum est, a locietate gentis atque consortio nostro placuit separari, nec in amissis facultatibus in quibus per iniquitatem creuerant reduces fieri, preter id quod consecuti fuerint pietate clementissimi principis, cuius gratia bonos donorum premiis dicit, & malos a beneficentia sua non separat, gloria autem & honor omnipotenti deo nostro in cuius nomine congregati sumus. Post hec pax & salus & diuturnitas piissimo & amatori christi domino nostro sisenando regi cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiterum conuocauit. Corrobores ergo gratia regni illius, gentesque gothorum in fide catholica annis & meritis, protegat illum usque ad ultimam senectutem summi dei gratia & post presentis regni gloriam ad eternum regnum transeat, ut sine fine regnet, qui in seculo feliciter imperat, ipso prestante qui est rex regum, & dominus dominorum cum patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen. Definitis itaque his que superius comprehensa sunt, annuente religiosissimo principe placuit deinde nulla re impediante a quolibet nostrum que constituta sunt temerari, sed cuncta salubri concilio conseruari, Et quia profectibus ecclesie & anime nostre conueniunt, etiam propria subscriptione (ut permaneant,) roboramus Ego ysidorus in christi nomine spalenis ecclesie metropolitanus episcopus hec constituens subscripsi. Similiter & alii episcopi subscripserunt numero quadraginta.

Explicit concilium quantum toletanum.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII TOLETANI QUINTI HABITI ERA. DLXXXIII. ANNO PRIMO CHINTILLANI.

- | | | | |
|------|--|------|--|
| i | De institutione nouarum letaniarum. | | |
| ii | De custodia salutis regum & defensione proles presentium principum | vii | Quod in celebritate cunctorum conciliorum synodus toletana temporibus sisenandi habita per probationem vocis clare ob custodiam sui cunctis debeat innotescere |
| iii | De reprobatione personarum que prohibentur adipisci regnum | | |
| iiii | De his qui sibi blandiuntur spe rege superstitie | viii | De indulgentia principum noxiis seruata. |
| v | De his qui principes maledicere presumunt | | De fauore principum concilii acclamatione concesso, |
| vi | Ut regum fideles a successoribus regum | ix | |

INCIPIT CONCILIUM TOLETANUM QUINTUM.



PVD VRBEM TOLETANAM DIVERSIS EX PROVINTIIS hispanie sacerdotes domini qui in uno pacis osculo in basilica sancte martyris leonardi conuenerunt gratiarum actiones omnipotenti deo persoluimus propter suam misericordiam magnam, cuius nutu in hanc conuenimus concordiam, & gloriosi principis nostri Chintillani regis initia, ob cuius salutis & felicitatis constantiam supernam imploramus clementiam, qui se in medio nostri cetus ingressus cum optimatibus & senioribus palatii sui supplex omnium orationibus commendauit, suosque fideles ita facere sancta exhortatione coegit, atque hanc institutionem quam ex precepto eius & decreto nostro sancimus, diuina inspiratione premisit.

Capitulum primum.

Scilicet ut in cuncto regno a deo sibi concessa specialis & propria hec religiosa omni tempore teneatur obseruantia, ut a die iduum decembrium letania triduo ubique annua successione peragatur, & indulgentia delictorum lacrimis impetretur, Quod si dies dominica intercesserit, in sequenti ebdomada celebretur ut quoniam abundante iniquitate efficitur, ut usquequaque prolata malicia noua exerceant facinora noua quoque hec ipsa consurgat consuetudo, que possit ante omnipotentis oculos nostra esse purgatio.

Capitulum secundum.

Summa autem nobis vigilantia & grandi religionis cura prouidendum est, ut mala que assidue

L. iiii.